

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Dvbivm I. An confessio fidei externa sit necessaria ad salutem ex
præcepto, & quando obliget? An & quando fugere liceat tempore
persecutionis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

DE PROCURANDA CONVER- SIONE OMNIUM GENTIUM.

LIBRI V. PARS II.

Quando Iudees teneantur fidem Christianam exterius profiteri.

D V B I V M I.

An confessio fidei externa sit necessaria ad salutem ex præcepto, & quando obliget? An & quando fugere licet tempore persecutionis?

Confessionem fidei externam esse pro aliquo tempore ex præcepto necessariam, certum est ex fide contra quoddam veteres hereticos, adversus quos manifestè militat Christi Domini sententia Matt. 10. & Omnis, qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in celo est: Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego cum coram Patre meo. Et Luc. 9. cum omnes ad tolerandas persecutions animasset illis verbis, Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam; paulo post subiungit: Nam qui me erubuerit & sermones meos, hunc filium hominem erubescet, cum venerit in maiestate sua, &c. Et ad Rom. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum nostrum JESUM Christum, & corde credideris, quia illum DEUS suscitavit à mortuis, salvis eris: corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quod testimonium expendens S. August. lib. de Fid. & Symbol. cap. 1. sii: Fides officium à nobis exigit & cordis, & linguae: ut enim Apostolus, Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Oportet nos etsi & justitia memori, & salutis quandoquidem in semper nostra justitia regnaturi à praesenti seculo maligno salvi fieri non possumus, nisi & nos ad salutem proximorum nientes ore etiam profiteamur fidem, quam corde gestamus. Unde rectè docet D. Thom. 2. 2. q. 3. art. 2. confessionem fidei externam esse necessariam ad salutem ex præcepto, non negativo, cum sit actus virtutis, sed affirmativo: ac proinde non pro omni tempore, sed pro aliquo obligat. Quando vero hoc præceptum, & quo modo obligat? An, & quando fugere licet tempore persecutionis, oportet, ut per singulas Conclusiones sigillatim examinemos.

Conclusio prima. Aliquando licitum est fugere. Et probatur primò ex Doctoribus, qui afferunt in persecutione fidei fugari esse licitam, & virtuti tribuendam, & qui moriuntur in fuga, eos esse fieri martyres, eo quod exilijs ærumnae minores non sint ipsa morte. Ita Athanasius in Apolog. pro sua fuga. Cypri. lib. 3. Epist. 5. & 10. & in Serm. de lapid. ubi ait: Primum gradum victoria esse, confiteri Christum, dum quis est comprehensus; secundum virum esse fugam in persecutione. Et Nazian. Orat. in laudem Basilij, commendat eius parentes, quod in persecutione fugerint. Idem docent August. Epist. 18. Bernard. Epist. 1.

Probatur secundò sanctorum exemplis, qui

fugerunt. In veteri namque Testamento Jacob fugit ab Esau: Moyses à Pharaone: David à Saul, & Absalone: Elias ab Achab. In novo verò Testamento, Christus ab Herode, Paulus ab Arete Rege, Athanasius à Constantio, &c.

Probatur tertio ratione: quia hoc non est negare fidei, sed potius confiteri: ideo enim quis fugit, ait Cyprianus, quia vult fidem retinere. Piatera, quia aliquando non fugere in persecutione potest esse sine ulla vel exigua utili: illius, vel aliorum; ut si reservaretur ad meliora, si propriececessasse persecutio, vel diminueretur, vel latens posset alios magis invadere.

Conclusio secunda. Quandoque præcepsum est fugere, uti constat ex illo Matt. 10. ubi Christus fatus est: Quis autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego cum coram Patre meo. Et Luc. 9. cum omnes ad tolerandas persecutions animasset illis verbis, Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam; paulo post subiungit: Nam qui me erubuerit & sermones meos, hunc filium hominem erubescet, cum venerit in maiestate sua, &c. Et ad Rom. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum nostrum JESUM Christum, & corde credideris, quia illum DEUS suscitavit à mortuis, salvis eris: corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quod testimonium expendens S. August. lib. de Fid. & Symbol. cap. 1. sii: Fides officium à nobis exigit & cordis, & linguae: ut enim Apostolus, Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Oportet nos etsi & justitia memori, & salutis quandoquidem in semper nostra justitia regnaturi à praesenti seculo maligno salvi fieri non possumus, nisi & nos ad salutem proximorum nientes ore etiam profiteamur fidem, quam corde gestamus. Unde rectè docet D.

Thom. 2. 2. q. 3. art. 2. confessionem fidei externam esse necessariam ad salutem ex præcepto, non negativo, cum sit actus virtutis, sed affirmativo: ac proinde non pro omni tempore, sed pro aliquo obligat. Quando vero hoc præceptum, & quo modo obligat? An, & quando fugere licet tempore persecutionis, oportet, ut per singulas Conclusiones sigillatim examinemos.

Conclusio quarta. Quandoque tempore persecutionis tenet quis non fugere, cum nimis id exigit proximorum necessitas spiritualis. Conclusio est manifesta, postulat enim id charitatis præceptum.

D V B I V M II.

Quando, & quibus licitum sit fugere,
& quando non?

Notandum pro clariori hujus Dubij notitia, personas omnes, de quibus potest esse controverbia, ad tria genera reduci, nimicium, ad Pastores, ad Clericos, & ad Laicos.

Conclusio prima est. Quo ad pastores, sive Episcopos, illis ex mente D. Augustini Epist. 180. licet epist. 180. tum esse fugere tempore persecutionis, in duobus casibus: quorum primus est, quando non manet plebs, vel populus; sed omnes vel occisi sunt, vel dispersi: quia iunc cessat ratio obligans ad manendum. Secundus est, quando persecutio non est communis Pastori & plebi, sed tantum est contra Pastorem, & illo recedente sunt alii, qui possunt providere plebi, præsentim cum due habeant considerationes concurvant, scilicet, ut vita illius Ecclesiæ universalis valde sit utilis; cumque non fugit propria sponte, sed aliorum consilio & rogatu: haec enim